

SCRIPTA

Numéro Scripta : 622

Auteur(s) : Eu, Notre-Dame (abbaye, abbé)

Bénéficiaire(s) : Le Tréport, Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1200...

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Compromis entre les abbayes d'Eu et du Tréport

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° LXV, p. 98-99.

Texte établi d'après a

Omnibus hec visuris abbas et conventus de Augo salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod, cum inter nos, ex una parte, et viros religiosos abbatem et conventum de Ulteriori Portu, ex altera, plures contentiones verterentur, videlicet super decima unius piechie terre in valle versus Maisnil Aalart, que piechia terre adjacet, ex uno sui latere, ad terram Willelmi Botin et, ex alio, ad terram monachorum de Fulcardimonte et abbotat, ex uno sui termino, ad terram dictorum abbatis et conventus de Ulteriori Portu et, ex alio sui termino, ad terram dicti Willemin Botin ; item super portionibus majorum decimarum quarumdam terrarum sitarum infra fines parrochie de Criolio, videlicet in territorio de Mesnilval ; item super decimis quarumdam terrarum sitarum versus Flamengevillam, tandem, de bonorum virorum consilio, pro bono pacis, in tres viros providos et discretos, videlicet virum religiosum fratrem Tustinum, canonicum de Sery, Premonstratensis ordinis, magistrum Johannem de Velli, decanum chistianitatis de Augo et dominum Robertum de Monteigniaco, rectorem ecclesie de Cuverville, quorum unus, videlicet dictus frater Tustinus, ex parte nostra, et dictus decanus, ex parte dictorum religiosorum de Ulteriori Portu, tertius vero de unanimi assensu utriusque partis, videlicet dictus Robertus de Monteigniaco, concorditer sunt electi, de omnibus dictis contentiobus compromisimus sub hac forma, quod dicti tres boni viri debent personaliter accedere ad predictam piechiam terre sitam versus Mesnil Aalart et ibidem, per testes legitimos et juratos diligenter et sigillatim examinatos, inquirere utrum nos antiquitus et pacifice consuevimus percipere decimam dicte piechie terre, antequam ad manum dictorum religiosorum de Ulteriori Portu devenisset et si, per legitimam inquisitionem, invenerint ita esse, tenebuntur dicti compromissarii pronuntiare de decima dicta quod nobis in perpetuum remaneat, nisi dicti compromissarii, ex causa rationabili, decreverint aliter esse [.... De con]tentionibus autem que, inter nos et viros religiosos abbatem et conventum de Ulteriori Portu, vertuntur super decimis quarumdam terrarum que sunt.